

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Apud Hebræos non nisi aliqua formula sive Cerimonia adhibita fiebant
contractus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

324 De CALCEIS HEBRÆOR.

an Boozus. Qui jure suo cedebat calceum exuisse, adeo que vindicem, multis adstruitur.

I.

A Pud Hebræos, cum alicujus rei dominium acquireretur, sive transferretur in aliū, olim variæ ceremoniæ, sive formulæ fuerunt adhibitæ. Ex nudo verborum contractu nihil omnino transigebatur, soleinne quiddam accedere necesse fuit, quod rem faceret ratam. Omnia enim contractuum, sive emptionum & venditionum, & cessionum de jure sive dominio alicujus rei, vim atque obligationem à formulis solemnibus pendere volebant, ut his prætermissis cuncta irrita & plane nihili essent. Præclare hoc docuit ex Talmudicorum scitis Johannes Seld. de I. N. & G. denus, & varias obseruavit istiusmodi formulas, quæ in usu quondam fuerunt.

II. Ab antiquissimis temporibus in redemptione & permutacione, cum quis cederet suo jure quod in rem aliquam habebat, hæc ceremonia.

Seld. de
I. N. & G.
l. 6. c. 5.

rimonia solemnis fuit, ut exueret calceum, & proximo suo daret. Meminit hujus ritus vetustissimi historia Ruthæ. *Obtinuit olim in Israel in redemptione & in permutazione, ut firmaretur negotium extrahebat homo calceum suum, & dabat proximo suo, eratque hoc testimonium in Israel: dixit igitur redemptor ad Boaz, posside tu pro me, & extrahie calceum.* Et dixit Boaz ad seniores, & ad cunctum populum, *testes vos estis hodie quod possederim omnia quæ fuerunt Elimelech &c.* Scilicet in redemptione & permutatione, ad firmandos contractus in usu fuit extractio calcei, ut hoc solemnii ritu rei transactæ testimonium extaret, & cuncta rata haberentur, uti apud nos clavium traditio, pedis positio, & alia istiusmodi.

III. Agnoscant hunc ritum Ju-dæorum magistri, & veterem quandam ac solemnem traditionis seu acquirendi dominii formulam fuisse volunt. Ita Abarbanel, qui prolixus est ut ostendat ad venditionem & jus redimendi vel retrahendi patrimonium venditum hanc ex-

Ruth. 4.7.

Abarb. in
Deut. 25.

Q 7

tractio-